

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proximam

Militantis Ecclesie regimini, meritis licet imparibus, divina dispositione presidentes ea, que ex circumspccta Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum providentia, ad insignium Congregationum Regularium antiquitatis, aliaque multiplici laude in Ecclesia Dei fulgentium favorem non minus prudenter, quam liberaliter emanasse noscuntur, ut firma semper, inviolata persistant, Apostolici muniminis nostri præsidio, cum id a Nobis petitur libenter constabilius.

Constitutio præfata Pii V.

§.1. Duam siquidem fel. rec. Pius Papa V. Prædecessor noster Canonicos Regulares Congregationis Lateranen. Ordinis Sancti Augustini ubicumque locorum existentes in Processionibus, & aliis actibus publicis, vel privatis, statim Clerum secularem non exemptum subsequi, dum ipsi subsequendo præcedebant, dum vero præcedendo præcedebant, illum immediate sequi debere declaravit, & alias prout uberius continetur in eisdem Pii Prædecessoris literis desuper sub plumbo expeditis tenoris, qui sequitur, videlicet.

§.2. Pius Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Cum ex Ordinum universitate, qui in Dei Ecclesia reperiuntur, illa castorum acie comparetur, illius autem gubernium Romano Pontifici Beati Petri vero Successori sit demandatum, mirum nemini videri debet, si ille curæ sibi divinitus commissæ invigilans, cuilibet quod suum est benigne concedendo, & que clara etiam sui ipsorum natura sunt, ne in recidivæ contentionsis scrupulum relabantur, opportune declarationis, ac novæ concessionis remedio consolidat, ut quibusvis sublati obstaculis, quilibet pacis amoenitate frui libere possit, ac scandalorum occasio penitus tollatur. Cum itaque, sicut accepimus, dilecti Filii universi Canonici Regulares Ordinis Sancti Augustini Congregationis Lateranensis, qui ab Apostolis originem traxerunt, quique ab eodem Sancto Augustino eorum reformatores, iterum per reformationis viam Mundo geniti, merito prætere tendere possunt, se omnes alias personas Ecclesiasticas, tam Sæculares, quam Regulares, in processionibus, & aliis actibus publicis præcedere debere. Cum tamen non liceat membra a Capite separare, sed tamen eis debitum locum assignare, ipsorumque indemnitati, ut sine populi scandalo in publicum prodire, exemploque potius cæteris Christianidelibus esse possint, consulere volentes, ac omnium, & singulorum litium, que forsitan super præmissis exorte sint, aut exoriri quoquomodo possint, status, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & Collitigantium, præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, non ad dictorum Canonicorum, vel alicujus alterius pro eis super hoc Nobis oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia nostra, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & singulos Canonicos prædictos, ubicumque locorum existentes, quos deinde processionibus, & aliis actibus publicis, vel privatis, interesse contigerit, statim ipsum Clerum secularem non exemptum subse-

Conceditur præfata præcedentia.

qui, dum ipsi subsequendo præcedent, dum vero præcedendo præcedunt, illum immediate subsequi debere, auctoritate Apostolica per præsentem declaramus. Ac insuper in omnibus locis, in quibus talis viget consuetudo, in processionibus, ut dicti Clerici non exempti, præcipue quando Canonici alicujus Ecclesiæ Cathedralis, paramenta Ecclesiastica induunt, ut cultus divinus magis vigeat, ac ut Sanctissimum Corpus Christi, seu alia Reliquia, que processionaliter deferuntur, decentius, & honorificentius associantur, ut quando hoc ipsius Ordinarium mandato continget, ipsi Canonici similiter ac illi, Pluvialia, Planetas, Tunicellas, & alia paramenta super eorum clericalem habitum deferre, necnon pro Cruce associanda quæcumque luminaria ferre, libere, & licite possint, statuimus, & ordinamus.

§.3. Districtus inhibentes quibusvis locorum Ordinariis, etiam Patriarchali, Primatiali, Archiepiscopali, aut alia dignitate perfulgeant, sub excommunicationis majoris, & indignationis nostre pœna, ne eosdem Canonicos, seu aliquem eorum molestent, aut præmissa quovis modo declarare, vel impetrare audeant. Decernentes præsentem literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostre, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod Locorum Ordinarii, aut alii forsitan interesse habentes vocati non fuerint, aut nullitate notari, imputari, invalidari, ad terminos Juris reduci, in Jus, vel controversum vocari, causamque, vel causas, quare præmissa a Nobis emanaverint, verificandum nullatenus teneri, nec ob id viribus carere, minusque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, sustentationibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, repositas, ac plenarie reintegratas, etiam sub data per ipsos Canonicos eligenda esse, sicque ab omnibus censeari. Et ita per quoscumque Judices, & Commissarios, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & ipsosmet Ordinarios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

Deputatio exequutorum.

§.4. Quocirca Dilectis Filiis dictæ Congregationis Protectori, seu ejus Viceprotectori, & Causarum Curie Camere Apostolicæ Generali Auditori, ac Vicario Venerabilis Fratris nostri Episcopi Lauden in spiritualibus generali, per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentem Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Canonicorum prædictorum, vel alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eosdem Canonicos, illorumque singulos, præmissis omnibus, & singulis in præsentium, continentia, & tenore, pacifice frui, & gaudere. Non permitentes eos, seu

Derogatoris specialis.

seu eorum aliquem desuper per quoscumque indebitè molestari, perturbari, & inquietari, Contradictores quoslibet, & Rebelles, ac præmissis non parentes, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris remedia appellatione postposita compescendo, necnon legitimis super his habendis servatis processibus, illos censuras, & pœnas ipsas incurrisse declarando, necnon eas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii Secularis.

§.5. Non obstantibus felic. record. Papæ Bonifacii Prædecessoris nostri, etiam qua caveatur, ne quis extra Civitatem, vel Diocesim, nisi in certis exceptis casibus, & illis ultra unam diatam a fine suæ Diocesis ad iudicium evocetur, seu ne Judices a Sede Apostolica deputati, extra Civitatem, vel Diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel alii vices suas committere presumant, ac de duabus dietis in Concilio Generali edita, dummodo ultra tres dietas quis vigore præsentium ad iudicium non trahatur, ac aliis Apostolicis in Provincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis specialiter, vel generaliter, Constitutionibus, & Ordinationibus, ac etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, quibusvis Ecclesiis, Congregationibus, Capitulis, Collegiis, Monasteriis, & aliis locis, eorumque Superioribus, & personis, sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatoris, irritantibusque, & aliis decretis, motu, scientia, & potestate similibus, etiam consistorialiter concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia aliqua ex quibuslibet forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, acti de verbo ad verbum, nil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Pœna in contravenientes.

Preces Præpositi Conventus Olemucen. ejusdem Congregat.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis, Statuti, Ordinationis, Inhibitionis, Decreti, Mandati, & derogationis infringere. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo 10. Kalendas Januarii Pontificatus Nostri Anno Quinto.

§.7. Cum autem, sicut Dilectus Filius Alexander Maximilianus Krbošch Canonicus Regularis expresse professus, ac Præpositus Conventus omnium Sanctorum Civitatis Olemucen. ejusdem Congregationis Lateranen. Nobis nu-

per exponi fecit, licet præfata Pii Prædecessoris Literæ in viridi sint observantia, nihilominus ipse Alexander Maximilianus illas quo firmitus subsistant Apostolicæ quoque nostre confirmationis præsidio communi summopere desideret: Nos specialem eidem Alexandro Maximiliano gratiam facere volentes, cumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a lure, vel ab homine quavis occasione, vel Causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præsertim Pii Prædecessoris literas cum omnibus & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac innovamus, illisque Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Confirmatio relatæ Const.

Clausula.

§.8. Decernentes easdem præsentem literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.9. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, que in præsertis Pii Prædecessoris Literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVII. Aprilis MDCCXXXVIII. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

CCXXIV.

Promulgatur Beatus Servus Dei Joannes de Prado Ordinis Minorum Excalceatorum de Observantia; ejusque Beatificatio indicitur. Dat. 14. Maii 1728. Ann. 4.

Alia hujus Const. ed. 1726. Dec. 13. P. 3. promulgata fuit Canonizatio B. Stanislai Kojka, Const. ed. 1729. Mar. 12. P. 5. habetur Beatificatio Fidelis a Sigmaringa.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Gloriosos Christi Athletas, qui virtute præcincti ex alto, bonum certamen certarunt, cursum consummarunt, fidemque ad extremum servantes stolas suas in Sanguine Agni lavaverunt, sicuti immarcescibili justitiæ corona donati in Cælis æternus, ac justus Judex, ita devoto cultu in terris honorari. eorumque agones, & triumphos condigna laude, & veneratione celebrari decet; ut de nostra solliciti, qui de sua sunt salute securi, pia, potentique apud Patrem misericordiarum, ac Deum totius consolationis, cui die, ac nocte serviunt in Templo

Exordium a cultu Servus Dei exhibendo.

est, summopere optamus, & Ecclesiarum omnium precipue vero insigniorum majestatem ad Dei gloriam augeri, debituque etiam honorificentia titulis, & gratiis Apostolicis decorari.

Laurentensis Ecclesia in Norico Ripensi multis privilegiis aucta, & Pataviam, seu Passaviam in Vindeliis translatam.

§.1. Hæc sane in memoriam Nobis reducant Laureacensis, alias Lauriacensis, Ecclesie Metropolitanam Sedem in Norico Ripensi a primis Ecclesie Seculis extructam, & tanquam murum pro Domo Israel adversus Christiani nominis hostes per Sanctissimos Evangelii præcones fundatam, ac Martyrum quoque purpura ornatam, quam ex Cathedra Sirmienfis in Pannonia extinctione haud parum subinde auctam, Antecessores nostri Romani Pontifices priusquam illustrem Civitatem Barbari vastassent, & postquam etiam sacerdotale ejus fastigium Pataviam seu Passaviam in Vindeliis Norico ipsi contamina translatum, ubi novam Ecclesiam constituit, singularibus privilegiis Beati Petri, sibi amplius ornandam susceperunt. Etenim Symmachus Papa Theodoro Laureacensi more majorum Pallii Archiepiscopalis usum largitus, Sedem ejus non unius Norici Ripensis, sed etiam Pannoniarum Matrem esse voluit: Quod postea in subsequenti Romanorum Pontificum pie memoria Decefforum nostrorum, Eugenii II., Agapeti II., Leonis VII., & Benedicti VII. Apostolicis literis ad Laureacenses Præfules scriptis memoratum, occurrit: qui quidem Agapetus Legationem suam eidem adjunxit; Benedictus vero inter utramque Ecclesiam, Salisburgensem nimirum, & Laureacensem limites constituit, quamvis postea Laureacensis Ecclesie culmen, Patavia consistens, eo sepe devenit, ut varias, & complures calamitates, ac vices ob magnam quoque Salisburgensium Archiepiscoporum potentiam, & auctoritatem subire compertum fuit, modo Archiepiscopi, modo etiam Episcopi elogio honestatum, ac veteri jure suo insignibus, titulisque, ac pristina Laureacensis Diocesis amplitudine non parum imminuta.

Patavienfis Ecclesia a Salisburgensi Metropolim olim exempta, & Pallio Archiepiscopali decorata.

§.2. Non ideo tamen unquam Præfules Ecclesie Patavienfis, cui antiquæ Diocesis Laureacensis maxima pars una cum ipsa Civitate Laureaco etiamnum subest, veterem pallii usum postliminio recuperandi animum desponderunt. Immo Georgius Patavienfis Episcopus in Concilio Constantiensi, a Balthasare Episcopo Cardinali Tuscolano, tunc in sua obedientia Joanne Papa XXIII. pro se, suisque in Ecclesia Patavienfi Episcopis Successoribus a quocumque jure Metropolitico, & Legationis Apostolicæ Archiepiscopi Salisburgensis omnimodam exemptionem obtinuit una cum usu Pallii. Hoc ex Joannis literis ea de re conscriptis constat, quas felicis recordationis Deceffor noster Martinus Papa V. Florentie confirmans, eidem Georgio rursus hujusmodi exemptionem, & usum Pallii benigne concessit, ut in ejus literis tunc promulgatis plenius continetur; quæ postea literæ ab eodem Martino V. Romæ constituto abrogatæ, & revocate fuerunt, ita tamen, ut idem Georgius toto vitæ suæ tempore una cum sua Ecclesia & Diocesi impetratis gauderet, nec sub eadem revocatione, & Salisburgensi Metropoli subjectione ullo pacto comprehenderetur.

Hinc discordia inter Patavie usum Episcopi, & Salisburgensem Metropolim.

§.3. Quare inter Georgii Episcopi Successores ex una, & Salisburgenses Archiepiscopos ex altera, Partibus, nonnullæ discordiæ, & controversiæ aliquando exortæ fuerunt, quæ

postea in apertam litem inter bonæ memoriæ Joannem Philippum Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalem, a Lamberg. nuncupatum Episcopum Pataviensem ex una, & Salisburgensem Archiepiscopum ex altera, Partibus eruperunt. Hæc porro lis ad judicium Apostolicæ Sedis perlata, coram Judicibus competentibus in nostri Palatii Apostolici Causarum Auditorio, sive in particulari hac de re Congregatione per hanc Sedem Apostolicam deputata, vel in Congregatione Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, aliove Romanæ Ecclesie Tribunali, non sine ingenti utriusque Partis dispendio acta est, super omnimoda exemptione Ecclesie Patavienfis, ac super ejusdem restitutione in dignitatem Archiepiscopatus Laureacensis, superque jure metropolitico, quod in Ecclesiam Pataviensem Salisburgensis Archiepiscopus se habere contendebat.

sem Metropolim exortæ

§.4. Quam vero lis ita, ut diximus excitata, atque introducta a plurimis annis agitur, pia memoriæ Antecessor noster Innocentius Papa XII. eam ulterius procedere vetuit; unde hujusmodi controversia adhuc reperitur, & pendet indecisâ; Licet pro Archiepiscopo Salisburgensi quadam Auditorio Palatii nostri Apostolici Decisiones, sive sententia cuiuspiam tenoris, vel alterius cuiuscumque Romanæ Ecclesie Tribunalis, aut Congregationis deputatæ, olim prodierint. Hinc nos dignam hujusmodi controversiam reputantes, quæ tandem inter Animarum Pastores, quos Paulus Apostolus noluit esse litigiosos perpetuo sopiatur, & Patavienfis Ecclesia ob veterem, celebremque originem suam magni faciendâ tranquillâ pace donata, in pristinam suam exemptionem, atque insignia restituatur, vel etiam denuo illustrata, & postliminio antiquis suis privilegiis munita, confurgat; paterno Apostolicæ charitatis intuitu hujusmodi pacem, atque unitatem inter primarios illustrium Ecclesiarum Antistites confoveri in posterum peroptantes, omnia, & singula hucusque præmissa, tanquam vere nobis exposita, ac satis probata, & ostensa accipientes, ut charissimi etiam in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Catholici, & Romanorum Regis Illustris, atque Imperatoris electi ferventibus votis obsecundemus, quæ per dilectum filium nostrum Alvarum S.R.E. Tituli S. Bartholomæi in Insula Presbyterum Cardinalem Cienfuegos nuncupatum apud nos Ecclesiarum Germaniæ comprotectorem, identidem Nobis exposita innotuerunt; motu proprio ex certa scientia, & deliberata voluntate nostra, deque plenitudine Apostolicæ Potestatis, omnem hujusmodi litem, & causam a multis annis indecisam adhuc pendentem, & quamcumque aliam controversiam de præmissis quomodolibet hæcenus excitatam, sive excitandam, ad Nos Apostolica auctoritate advocantes extinguimus, & abolemus, atque ad nos ipsos advocatam, extinctam, & abolitam esse volumus, & declaramus, ne amplius dicatur: *Unde Bella, & lites in vobis.* Quia in re antecessorum nostrorum, Romanorum Pontificum exempla præ oculis habemus, qui diuturnas hujusmodi lites inter insignium Ecclesiarum Antistites olim exortas, & plurium Seculorum spatio agitas sua Auctoritate extinxerunt. Ita enim pie memoriæ Antecessor noster Alexander Papa III. litigia inter

Lis prædicta inter Pataviensem Episcopum, & Salisburgensem Metropolim, quam Innocentius XII. ulterius procedere vetuit, proferus extinguitur.

I. Timoth. 3.

Jac. 1. 4.

Patriarchas Aquilejensem, & Gradensem, sua Auctoritate ad finem perduxit: ita felicis recordat. Antecessor quoque noster Innocentius Papa III. inter Toronensem Archiepiscopum, & Dolensem in Britannia minori Antistitem lites, & contentiones diremit, ita denique similis memoriæ Nicolaus Papa V. jurgis, & quæstionibus inter Gradensem Patriarcham, & Olivolensem, seu Castellanam tunc Civitatis Venetiarum Episcopum, supremum finem imposuit.

Episcopi Patavienfis a Metropolim, & Legatione Salisburgensi exortæ; Pallii, & Crucis prævix ferende privilegio ornatur cum obligatione Archiepiscopum Salisburgensem in quoad Concilia tantum in sum metropolitam sibi eligendi.

§.5. Nos igitur præsentibus his exemplis instructi, ut omnis occasio quoruncumque dissidiorum, & contentionum, inter Salisburgensem Archiepiscopum, & Pataviensem Episcopum, nunc, & pro tempore perpetuis futuris temporibus medio tollatur, interque utriusque Ecclesie Capitula, & Canonicos, sacrosque Ministras, ceterosque quoscumque etiam speciali mentione dignos in lite, & causâ prædictam rem habentes, seu quomodocumque se habere contententes, perpetuum silentium Auctoritate Apostolica imponimus, districte precipientes, & omnino inhibentes, ne deinceps iidem se invicem, vel quisquam illorum alterum vexare, perturbare, & molestare audeat sive præsumat sub penis nostro, & Successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium, arbitrio infligendis; idque perpetuis futuris temporibus ab utraque parte debere observari volumus, & sancimus. Præterea ob extimiam præstantiam, qua Sedes Episcopalis Patavienfis, alias Archiepiscopalis Laureacensis olim fuit honestata, super his matura, & seria animi nostri cogitatione excitati ad eisdem Ecclesie honorificentiam, & dignitatem pontificalem magis augendam, atque intutu meritorum erga Nos, & Apostolicam Sedem venerabilis Fratris nostri Josephi Domini Patavienfis Episcopi, sanctiori disciplina, & Domus Dei zelo precipue commendandi eundem Josephum Dominicum, atque ejus legitimos Successores Ecclesie Passaviensis Episcopos pro tempore existentes, qui inter Germanici Imperii Principes non infimum locum habent, tenore præsentium in jus Pallii de Corpore Beati Petri sumendi, statisque diebus, & locis adhibendi, & Crucis prævix ferende, quibus olim Archiepiscopi Laureacenses, & Patavienfes Episcopi potiti fuerunt, in perpetuum Apostolica auctoritate integramus, & restituimus, sive Archiepiscopalia insignia, Pallium, & Crucem eidem Josepho Dominico Episcopo, ejusque Successoribus denno in perpetuum concedimus, atque indulgemus, ita ut idem Josephus Dominicus Episcopus, & ejus Successores Archiepiscopatum hujusmodi insignium ornatu, & plenitudine libere, & licite uti possint, & valeant eo modo, quo Ticinensis, & Laucensis Ecclesiarum Antistites uti consueverunt. Ad hæc eundem Josephum Dominicum Episcopum, ejusque Successores, & Ecclesiam Pataviensem Capitulum, & Canonicos, totamque ejus Diocesim, Clerum, & Populum, & quascumque Prælaturas, dignitates, personatus, & officia, ac Beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura, & regularia quorumvis Ordinum in Civitate, & Diocesi Patavienfi instituta, vel in posterum canonice instituenda quibuscumque nominibus cessantur, unacum omnibus eorum,

juribus, & pertinentiis, bonisque mobilibus, & immobilibus, quæ junc possident, & deinceps, favente Domino, possidebunt, & acquirere poterunt ab omni, & quacumque subjectione, jurisdictione, superioritate, dominio, potestate, & Metropolitico jure Ecclesie Salisburgensis, ac illius Archiepiscopi, & Successorum quoruncumque, necnon a jure legationis Apostolicæ in Provincia Salisburgensi tenore præsentium eximimus, subtrahimus, & liberamus, perpetuisque futuris temporibus undequaque eximi, subtrahi, ac liberari volumus; Eundemque Josephum Dominicum Episcopum, illiusque Ecclesiam Pataviensem, Capitulum, & Canonicos, Clerum, & Populum, necnon quascumque personas, & Beneficia prædicta, totamque ejus Diocesim Pataviensem, in jus, & proprietatem Sedis Apostolicæ, & sub ejus, & nostra speciali, & immediata protectione suscipimus, Nobisque, & Romanis Pontificibus Successoribus nostris nullo modo in perpetuo subesse decernimus, atque statuimus. Volumus tamen, & expressè precipimus, & mandamus, ut eidem Episcopo Patavienfi onus incumbat eligendi Archiepiscopum Salisburgensem pro suo Metropolitano ad Concilium Tridentini, atque etiam ultimi nostri Romani tenorem cum obligatione conveniendi ad Concilia Provincialia tantum ab eodem Archiepiscopo inscenda; quæ quidem electio Metropolitanis Salisburgensis cum sem Pataviensem Episcopum, ejusque Successores afficere, & obligare omnino intelligatur, ita ut ille, vel illi nullum alium, nisi Salisburgensem Archiepiscopum eligere valeant, & ad Concilium Provinciale prædictum accedere omnino teneantur.

Patavienfis Episcopi, atque eius Successores hanc litteram eo effectum perpetuo sequantur.

§.6. His ergo stabilitis, atque hæc nostra Constitutione firmatis, decernimus, Pataviensem Episcopum, & quoscumque ejus Successores, ad Patavienfis Ecclesie Cathedram imposterum provehendos, in his quæ præsentibus nostris decernuntur, per nullum Patriarcham Archiepiscopum, Episcopum, aliaque personas, quacumque alia auctoritate, dignitate, & præminencia fulgentes quovis prætextu, colore, vel ingenio publice, vel occulte, directe, vel indirecte ullo pacto impediri, turbari, molestari, vel inquietari unquam posse aut debere, presentisque semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, atque ab omnibus, & singulis, a quos nunc spectat, atque imposterum spectabit, eas firmiter, & inviolabiliter observandas esse, & nullo unquam tempore, ex quocumque capite, vel causa quantumvis legitima, & juridica, etiam propterea quod Venerabilis Frater noster Archiepiscopus Salisburgensis, sive alii cuiuscumque dignitatis, gradus, conditionis, & præminentiæ habeantur in præmissis, & circa ea, quomodolibet quavis ex causa, ratione, actione, vel occasione, jus, & rem habentes vel habere se prætententes præmissis non consentirent, neque ad ea vocati, citati, & auditi fuerint, nec eis consensum ullo modo præstiterint, immo fortasse illis contradicentibus, cause, propter quas presentes prodierunt, adductæ, ostensæ, & probatæ non fuerint; de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, sive invaliditatis, aut intentionis nostre, vel quolibet

placis, intercessione, imbecillitati nostrae in-
ter saeculi procellas afluanti, caelestis gratiae mu-
nera impetrent, quibus, & Nos rectum vite
cursum tenere, & propositum Nobis aeternae
Beatitudinis bravium consequi valeamus. In
hanc Nos curam ex debito Pastoralis Officii,
quod infirmitati nostrae commisit divina digna-
tio, propensis studiis incumbentes, flagrantia
idipsum Catholicorum Regum, & aliorum
Christi fidelium vota libenter exaudimus, sicut
ad gloriam Omnipotentis Dei, & exaltationem
Fidei Catholicae, spiritualemque fidelium conso-
lationem, atque edificationem salubriter in Do-
mino expedire arbitramur.

Decretum
Beatificatio-
nis praedec-
vi Dei a Cou-
gregat. Sacr.
Rit. emana-
vit.

§.1. Cum itaque mature diligenterque dis-
cessis, & perpenis per Congregationem Vene-
rabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardina-
lium sacris ritibus praepositorum processibus, de
hujus Sanctae Sedis Apostolicae licentia conse-
ctis, super Martyrio, & causa Martyrii Dei Ser-
vi Joannis de Prado Sacerdotis expresse professi,
ac primi Ministri Provincialis Provinciae Beticae
Sancti Didaci Ordinis Fratrum Minorum Sancti
Francisci de observantia Excalceatorum nuncu-
patorum, qui olim a tunc temporis existentibus
ejusdem S. R. E. Cardinalibus negotiis Propa-
ganda Fidei praepositis, ad annunciandum Chri-
sti Evangelium, & docendas gentes Regnorum
Fezzae, & Marochii missus, in odium Catholicae
fidei post atrocissima, & immanissima tor-
menta anno 1631. trucidatus palmam Martyrii
accepisse asseretur, ac super signis, prodigiis,
& miraculis, quae ad manifestandam Mun-
do finalem ejus prefeverantiam a Deo edita, &
patrata fuisse dicebantur; praedicta Congregatio
Cardinalium coram Nobis constituta, auditis
etiam Consulorum suffragiis, censuerit, posse,
quandocumque Nobis videretur, eundem Dei
servum, donec actum solemnem illius Canoni-
zationis deveniatur, publice Beatum nuncu-
pari cum solitis indulgiis.

Proces Regis
Catholici, &
aliorumque.

§.2. Hinc est, quod Nos piis, atque enixis
Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum
Regis Catholici, aliorumque Principum, necnon
quampulcrum ex Venerabilibus Fratribus
Archiepiscopis, & Episcopis, ac Dilectis filiis
Capitulis, & Canonicis Metropolitanarum,
& Cathedralium Ecclesiarum Regnorum earumdem
Hispaniarum, totiusque Ordinis Fratrum
Minorum ipsius Sancti Francisci, atque Dilecti
filii Joannis Diaz a Conceptione illius professoris,
& Fratrum ejusdem Ordinis Excalceatorum,
& Recollectorum nuncupatorum Ultramontanae
familiae Procuratoris Generalis, hujusque
causae postulatoris supplicationibus Nobis,
& Sanctae Sedi praedictae super hoc humiliter
porrectis inclinatis, de memorata Congregationis
Cardinalium consilio, & assensu, auctoritate
Apostolica tenore praesentium indulgemus,
ut praefata Dei Servus Joannes de Prado in
posterum Beati nomine nuncupetur, ejusque
Corpus, & Reliquiae venerationi fidelium
(non tamen in processibus circumferenda)
exponantur, Imagines quoque radiis, seu
splendoribus exornentur; ac de eo quotannis
die felicis ejus transitus, seu alia die non
impedita illam immediate sequenti, recitetur
Officium, & Missa celebretur de communi
unius Martyris juxta rubricas Breviarii, &
Missalis Romani. Porro recitationem Officii,
& Missae celebra-

Officii recita-
tio, & Missae
celebratio pa-
ricae permit-
tuntur.

tionem hujusmodi fieri concedimus dumtaxat in
Universo Ordine Minorum Sancti Francisci
utriusque sexus, quem idem Dei Servus suo
Martyrio illustravit, in Oppido Mogrohejo Legio-
nen. Diocesis in Hispania, in quo ortum habuit,
ac etiam in Regno Marochitano, ubi Martyrium
passus est, ab omnibus utriusque sexus Christi-
fidelibus tam Saecularibus, quam Regularibus,
qui ad horas Canonicas tenentur, & quantum
ad Missas attinet, etiam ab omnibus Sacerdotibus
ad Ecclesias, in quibus Festum peragetur,
confluentibus. Praeterea primo dumtaxat anno
a datis hinc literis, & quoad Indias, a die quo
eadem litera illuc pervenerint, inchoando in
Ecclesiis Ordinis, Oppidi, & Regni Marochii
praefatorum Solemnia Beatificationis ejusdem
Servi Dei cum Officio, & Missa sub Ritu dupli-
citer majori, die ab Ordinariis respective constitu-
ta, postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum
de Urbe celebrata fuerint eadem solemnia,
pro qua re diem 24. currentis Mensis Maji,
utpote illius Obitus, & Martyrii anniversariam
assignamus, pariter celebrandi facimus potesta-
tem.

Et etiam po-
testas solem-
nia Beatifica-
tionis ejus-
dem celebran-
di.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Or-
dinationibus Apostolicis, ac Decretis de non
cultu editis, ceterisque contrariis quibuscum-
que.

Clausula.

§.4. Volumus autem ut ipsarum praesentium
literarum transumptis, seu exemplis, etiam
impressis manu Secretarii praefatae Congregatio-
nis Cardinalium subscriptis, & sigillo Praefecti
ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus
fides ab omnibus, & ubique tam in iudicio,
quam extra illud habeantur, quae ipsis praesentibus
haberetur, si forent exhibita, vel offensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo
Piscatoris die XIV. Maji MDCCXXXVIII. Pon-
tificatus Nostri Anno Quarto.

CCXXV.

Erigitur Motu proprio Terra Roncionis in Ci-
vitatem.

Dat. 18. Maii
1728. An. 4.

Alia hujus Const. ed. 1725. Jul. 16. P. 2. erectum
fuit Oppidum Montis Curvi in Civitatem.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremo Militantis Ecclesiae folio meritis
licet imparibus per ineffabilem Divinae boni-
tatis abundantiam constituti, ad ea propensis
studiis intendimus, per quae Terrarum tempo-
ralis S. R. E. ditionis decor amplietur.

Exordium.

§.1. Cum itaque, sicut Dilecti filii Priores,
Consilium, ac Universitas, & Homines Terra
nostrae Roncionis Sutrinae Diocesis Nobis nuper
exponi fecerunt, dicta Terra Governato-
rem cum titulo Judicis, & novem loca, nempe
Caprarolam, Canepinam, Valleranum, Fab-
bricam, Crocchianum, Castrum S. Eliae, Bur-
ghettum, Insulam Farnesianam, & Vicum ei-
dem Judici subiecta habeat, necnon quinquag-
mille, & sexcentos circiter Incolas, & habita-
tores contineat, ac in ea Saecularis, & Collegia-
ta Ecclesia, cum Archipresbytero, & viginti
uno

Proces Uni-
versitatis Ter-
rae praedictae.

uno Canonicis, Parochiali Ecclesia, quatuor
Ordinum Regularium Conventus, & Collegium
Clericorum Saecularium Doctrinae Christianae,
Tertiariorum Ordinis Sancti Francisci Conser-
vatorium, septem Confraternitatum Oratoria,
tria Hospitalia, unum pro Infirmis, & alterum
pro Convalescentibus, & reliquum pro Pere-
grinis reperiantur, ipsi Exponentes pro eorum,
ac Terra hujusmodi, necnon singulorum Incol-
larum, & habitatorum decore Terram ipsam
Civitatis nomine insigniri summopere deside-
rant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt,
& ut infra indulgere de benignitate Apostolica
dignaremur.

Ereccio ejus-
dem in Civi-
tatem.

§.2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus
favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eor-
um singulares personas a quibusvis excommu-
nicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque
Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure,
vel ab homine quavis occasione, vel causa
latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt,
ad effectum praesentium dumtaxat consequen-
dum, harum serie absolventes, & absolutas fore
censentes hujusmodi supplicationibus inclina-
ti, ac etiam Motu proprio, ac ex certa scientia,
& matura deliberatione Nostri, deque Aposto-
lica potestatis plenitudine, Terram Roncionis
praedictam Civitatem Roncionis nuncupandam,
tenore praesentium perpetuo erigimus, & insti-
tuimus; ac Terram praedictam Incolas, & ha-
bitatores praedictos Civium nomine decoramus,
ita tamen, ut nunc, & pro tempore existens
Episcopus Sutrinus in ea residere minime teneatur,
sed Terra hujusmodi in Civitatem sic erecta,
Cathedrali Ecclesiae Sutrinensium, ut prius sub-
jecta remaneat.

Clausula.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas,
& in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod
quicumque in praemissis jus, vel interesse habentes,
seu habere quomodolibet pretendentes,
illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati,
& auditi, neque Cause propter quas praesentes emanarint,
sufficienter ad iudicium, verificate, & ius-
tificatae fuerint, aut ex alia, quantumvis legitima,
& privilegiata causa, colore, pretextu, &
capite, etiam in corpore Juris clauso, etiam
enormis, enormissima, & totalis laesionis, nul-
lo unquam tempore de subreptionis, vel obre-
ptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis
Nostrae, aut interesse habentium consensus, alio-
ve quolibet, etiam quantumvis magno & sub-
stantiali, ac incogitato, & incogitabili, indi-
viduamque expressionem requirente defectu no-
tari, impugnari, infringi, retractari, in jus,
vel controversiam revocari, aut ad terminos
Juris reduci, aut adversus illas aperiendi oris,
restitutionis in integrum, aliudve quodcumque
Juris, facti, vel gratiae remedium impetrari,
seu impetrato, aut etiam motu, scientia, &
potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato
quempiam in iudicio, vel extra illud uti,
seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas praesentes
literas semper firmas, validas, & efficaces
existere, & fore, suosque plenarios, & integros
effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos
spectat, & pro tempore quandocumque spectabit
in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.
Sicque in praemissis per quoscumque Judices Or-
dinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii

Apostolici Auditores, & S. R. E. Camerarium,
ac alios Cardinales, etiam de Latere Legatos,
& alios quoscumque quavis praeminentia, &
potestate fungentes, & functuros, sublata eis,
& eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & in-
terpretandi facultate, & auctoritate iudicari,
& definiri debere; ac irritum, & inane si secus
super his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatorie.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus
sit Terrae praefatae, aliisque quibusvis etiam Jura-
mento, confirmatione Apostolica, vel quavis
firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudi-
nibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis
Apostolicis quibusvis personis, & locis sub quibus-
cumque verborum tenoribus, & formis, ac
cum quibusvis, etiam derogatoriis derogato-
riis, aliisque efficacioribus efficacissimis, &
insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis De-
cretis, in genere, vel in specie, ac alias in con-
trarium quomodolibet concessis, approbatis, &
innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam
pro illorum sufficienti derogatione de illis, eor-
umque totis tenoribus, specialis, specifica, ex-
pressa, & individua, ac de verbo ad verbum,
non autem per clausulas generales idem impor-
tantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda,
aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda
foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum
nihil penitus omisso, & forma in illis tradi-
ta observata exprimerentur, & inferrentur,
praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, &
insertis habentes illis alias in suo robore perman-
suris, ad praemissorum effectum hac vice dum-
taxat specialiter, & expresse derogamus, ceteris-
que contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo
Piscatoris die XXVIII. Maji MDCCXXXVIII.
Pontificatus Nostri Anno IV.

CCXXVI.

Eximitur Episcopus Passaviensis ab omni iure Me-
tropolitico Archiepiscopatus Salisburgensis.

Dat. 1. Junii
1728. An. 4.

Alia hujus Const. ed. 1725. Sept. 10. P. 2. redinte-
grata fuit ad Cathedralitatem Ecclesiae Priverniensium.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

ARcano Divinae providentiae consilio totius
Ecclesiae cura, nullis meritorum nostrorum
suffragiis praepositi, in id pro nostri Apostolatus
munere incumbimus, ut quae cumque litigia, &
controversiae inter Dei Ministros praesertim
pontificali dignitate fulgentes, quomodocum-
que olim exortas, & earum quoque occasiones,
abditasque radices omni studio, quantum in Do-
mino possumus, omnino evellamus, ne jurgis,
& dissidiis gliscientibus in Sanctae Ecclesiae Pas-
toribus caritas refrigeret; Et plebs Christiana
eorum custodiae divinitus commendata detri-
mentum patiatur, ac Dei cultus, quod abbit,
imminutus appareat, quem amplificari, ut par-
N n est,

Exordium ex
eo, quod Sum-
mus Pontifex
jurgis, & dis-
sidiis inter pa-
stres Animam
rum evellere
soleat.

alio quantumvis magno, & substantiali, exco-
gitato, inexcogitabili, & specificam, atque in-
dividuam mentionem requirente, defectu, si
ve etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque
aliquo solemnitates, & quævis alia servanda,
atque adimplenda, servata, & adimpleta non
essent, vel fuerint; aut ex quocumque alio ca-
pite a jure, vel factio, aut statuto ac consuetu-
dine aliqua resultante, seu quocumque alio co-
lore, prætextu, ratione, vel causa, etiam in
corpore juris expressa, occasione, aliave qua-
cumque causa, etiam tali, quæ ad effectum va-
liditatis præmissorum necessario exprimenda
foret; aut propterea quod de voluntate nostra,
cæterisque superius expressis nullibi aparet, si-
ve alias probari non possent; notari, invalidari,
retractari, inque jus, vel controversiam voli-
cari, sive ad terminos juris reduci, vel contra
illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris,
reductionis ad viam, & terminos juris, aut
aliud quodcumque juris, facti, gratiæ, vel
justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet,
etiam motu pari concessio; aut impetra-
to, vel promulgato uti, aut se juvare in judi-
cio, vel extra posse, atque ipsas præsentibus
sub quibuscumque similibus, vel dissimilibus gra-
tiarum revocationibus, suspensionibus, limita-
tionibus, modificationibus, derogationibus,
aliisque contrariis dispositionibus, etiam per
Nos ipsos, & Successores nostros Romanos Pon-
tifices pro tempore existentes, prædictamque
Apostolicam Sedem, etiam motu pari, & consi-
stentialiter, ex quibuslibet causis, & sub qui-
busvis verborum tenoribus, & formis, & cum
quibuscumque clausulis, & decretis, etiam si
de eisdem præsentibus, earumque toto tenore,
& data specialis mentio fieret, pro tempore
factis, & faciendis, concessis, & concedendis
minime comprehendi.

He literæ in
prilino suo
robore confi-
sant.

§.7. Sed eas tanquam ad majorem Divini
cultus amplificationem, & Ecclesiarum tran-
quillitatem, & pacem a Nobis editas, semper
& omnino excipiendas, & quotiescumque ema-
nabant toties in pristinum, & validissimum,
atque eum, in quo antea quomodolibet erant,
statum, restitutas, repositas, & plenarie inte-
gratas esse decernimus; ac denuo etiam sub qua-
cumque posteriori data a Patavienfi Episcopo
nunc, & pro tempore existente, & quandocum-
que eligendo, & concessas esse, & fore. Sic-
que, & non alias per quoscumque Judices ordi-
narios, vel delegatos, etiam causarum Palatii
Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales
etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nun-
cios, & alios quoscumque quavis auctoritate,
potestate, prærogativa, & privilegio, honore,
& præceminentia fulgentes; sublata eis, & eo-
rum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpre-
tandi facultate, atque auctoritate, in quocum-
que iudicio, atque instantia judicari, & defini-
ri debere, & quidquid fecus super his a quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-
tulerit attentari, irritum & inane decernimus.
Non obstantibus nostris, & Cancellariæ Apo-
stolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, ac
etiam in Universalibus, Provincialibus, & Syno-
dalibus Conciliis, editis, vel edendis, specia-
libus, vel generalibus Constitutionibus, & or-
dinationibus Apostolicis, necnon Salisburgen-
sis, & Patavienfis Ecclesiarum hujusmodi, etiam

juramento, confirmatione Apostolica, vel qua-
vis firmitate alia roboratis statutis, consuetu-
dinibus; privilegiis quoque, Indultis, & liti-
ris Apostolicis eis, & earum cuilibet, necnon
illarum, & cuilibet earum Archiepiscopo, &
Episcopo, ac Capitulo, & Canonicis, aliisque
Superioribus, & personis, sub quibuscumque
verborum tenoribus, & formis, & cum quibus-
vis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque
efficacioribus, efficacissimis, atque insolitis
clausulis, irritantibusque, ac aliis decretis in
genere, vel in specie, aut alias in contrarium
præmissorum quomodocumque concessis, con-
firmatis, & innovatis.

Derogatio
quibuscumque
aliis statutis.

§.8. Quibus omnibus, & singulis, etiam si
pro illorum sufficienti derogatione de illis, co-
rumque totis tenoribus specialis, specifica, ex-
pressa, & individua, ac de verbo ad verbum,
non autem per clausulas generales, idem im-
portantes, mentio, seu qualibet alia expressio
habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc
servanda foret; illorum omnium, & singulo-
rum tenores, formas, causas, & occasiones
præsentibus pro plene, & sufficienter expressis
insertis, servatis, & specificatis habentes, illis
alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum
effectum motu, ac potestatis plenitudine
prædictis specialiter expresse, & plenissime de-
rogamus, & derogatum esse volumus, & man-
damus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pen-
alis.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostræ constitutionis, abolitionis, liti-
tis extinctionis, avocationis, silentii, imposi-
tionis, restitutionis, integrationis, novæ con-
cessionis, indulti, exemptionis, Decreti, de-
rogationis, & voluntatis infringere, vel ei au-
sultu temerario contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præsumperit, indignationem Omni-
potentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apo-
stolorum eius se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum An-
no Incarnationis Dominicæ MDCCLXXXVIII.
Kalendis Junii Pontificatus nostri Anno IV.

CCXXVII.

Damnantur, & prohibentur Folia quædam Gal-
lico idiomate impressa; quorum titulus = *Con-
sultation de Messieurs les Avocats du Parliement
de Paris au sujet du jugement rendu a Ambrun
contre Monsieur l'Evêque de Senes.*

Dat. 9. Junii
1728. An. 5.

Clem. XI. Const. ed. 1713. Sept. 8. P. 13. damna-
ta fuerunt quamplures propositiones ex lib. sub tit.
Nouveau Testament. &c., & alia hujus Const.
ed. 1728. Jun. 25. P. 5. damnantur duo libri Gal-
lici.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Nuper ad Apostolatus nostri noti-
tiam, non sine maximo animi
nostri dolore, pervenit, Laicos quosdam simu-
lantes loqui pacem, & veritatem cum proximo
suo, mala autem in cordibus suis cogitantes,
ut incautos in errorem inducant, juxta iter
scandalum Fidelibus posuisse, atque ea, quæ
fidei

Pacti expre-
ssio.

fidei certa sunt in controversiam vocare, Eccle-
siastica judicia nedum retractare, sed etiam
subvertere, & cum Oves sint, Pastores ipsos
ducere, & redarguere præsumentes, folia quæ-
dam æternæ salutis immemores, evulgasse, ty-
pis Gallico idiomate edita absque tempore, ac
loco impressionis, & nomine impressoris, quo-
rum titulus = *Consultation de Messieurs les Avocats
du Parlement de Paris au sujet du Jugement
rendu a Ambrun contre Monsieur l'Evêque de Se-
nes.*

Damnatio, &
prohibito
prædict. folio-
rum sub pe-
na excommu-
nicationis.

§.2. Hinc est, quod Nos pro commissa Nobis
Divinitus Gregis Dominici cura, Animarum
periculis, atque detrimentis, quæ ex præfatorum
foliorum lectione, & usu provenire possent,
Pastoralis vigilantiæ, ac sollicitudine, quan-
tum in Domino possumus occurrere volentes:
de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum
S. R. E. Cardinalium Consilio, ac etiam
motu proprio, & ex certa scientia, & matura
deliberatione nostris, deque Apostolicæ potesta-
tis plenitudine folia prædicta, utpote continen-
tia propositiones scandalosæ, temerariæ, sedi-
tiosas, perniciosas, contumeliosas, Apostolicæ
Sedis, & Episcoporum auctoritati contrariæ, &
injuriolæ, atque hæresis faventes, necnon schi-
smaticas respectivè, & hæreticas sub supra ex-
presso, aliove quocumque titulo, & idiomate,
seu quavis editione, & versione ubicumque hac-
tenus typis impressa, ac etiam manu scripta,
aut (quod abest) deinceps imprimenda, & de-
scribenda, tenore præsentium damnamus, re-
probamus, ac legi, & retineri prohibemus, il-
lorumque impressionem, descriptionem, lectio-
nem, retentionem, & usum omnibus, & sin-
gulis Christianis etiam specificis, & indivi-
dua mentione, & expressione dignis sub pena
excommunicationis per contrafactantes ipso fa-
cto, absque alia declaratione incurrenda, a qua
nemo, a quoquam præterquam a Nobis, seu
Romano Pontifice pro tempore existente, nisi
in mortis Articulo constitutus, abolitionis be-
neficium valeat obtinere omnino interdiciamus.

Prohibetur
retentio eo-
rundem.

§.3. Volentes, & auctoritate Apostolica
mandantes, ut quicumque folia hujusmodi pe-
nes se habuerint, illa statim, atque præsentibus
literæ eis innoverint, Locorum Ordinariis,
vel hæreticæ pravitatis inquisitoribus tradere at-
que consignare teneantur. Hi vero ea sibi sic
tradita illico flammis aboleri curent: In contra-
rium facientibus, non obstantibus quibuscum-
que.

Decernitur
publicatio ha-
rum literarum.

§.4. Ut autem eadem præsentibus literæ ad
omnium notitiam facilius perducantur, nec
quicquam illarum ignorantiam allegare possit,
volumus, & auctoritate præfata decernimus,
ut illæ ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum,
ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curie gene-
ralis in Monte Citorio, & in Acie Campifloræ
de Urbe per aliquem ex Curforibus nostris
ut moris est, publicentur, illarumque exempla
ibidem affixa relinquuntur, & sic publicatæ om-
nes, & singulos, quos concernunt perinde af-
ficient, ac si unicuique illorum personaliter
notificatæ, & intimatæ fuissent, utque ipsarum
præsentium literarum transcriptis etiam im-
pressis, manu alicujus Notarii publici subscrip-
tis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate
constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in
iudicio, quam extra illud ubique locorum ha-

beat, quæ eisdem præsentibus haberetur si fo-
rent exhibitæ vel offensa.
Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo
Piscatoris die IX. Junii MDCCLXXXVIII. Pontifi-
catus Nostri Anno Quinto.

CCXXVIII.

Declaratur eis, qui post vota simplicia, ante
tamen solemnem professionem a Societ. Jesu
ab eisdem Præposito Generali dimittuntur,
nulla ab eadem Societate deberi alimenta.

Dat. 9. Junii
1728. An. 5.

Clem. XI. Const. ed. 1719. Dec. 1. P. 20. agitatur
de transitu Patrum Societatis ad alios Ordines Re-
ligiosos.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Injuncti Nobis divinitus Pastoralis Officii ratio
postulat, ut in his Apostolicæ nostræ solici-
tudinis partes libenter interponamus, per quæ
Religiosorum Virorum in vinea Domini ex-
colenda strenue laborantium, propriæque, &
alienæ Animarum salutis jugiter incumbentium
quieti, atque tranquillitati opportune consulti-
tur.

Exordium

§.1. Cum itaque sicut accepimus Societatem
Jesu multoties ante hac molestari, ac in judi-
cium trahi contigerit ab eis, qui post exactum
probationis biennium, ac vota simplicia in e-
adem Societate emissâ ante tamen solemnem pro-
fessionem, per illius Præpositum generalem ju-
stis, ac rationabilibus de causis juxta facultates
sibi a Romanis Pontificibus Prædecessoribus no-
stris attributas ex ipsâ Societate dimittentibus,
alimenta scilicet, seu congruam sustentatio-
nem sibi a dictâ Societate deberi, & consequi
prætententes, propterea quod, dum in illa de-
gebant, ad Sacros Ordines absque beneficio Ec-
clesiastico, & Patrimonio, sed religiose paupe-
ratis titulo promoti fuissent; licet autem satis
perspectum, exploratumque sit æqui, bonique
rationi nusquam consentaneum esse, quod So-
cietas præfata, quæ in illis emandandis jure suo
utitur, alimenta, seu sustentationem hujus-
modi suppeditandi oneri obnoxia remaneat, mi-
nusque, quod ipsi ex sua culpa, quæ dimissioni
Causam præbet utilitatem, & commodum repor-
tent, atque ita pluries a congregatione pro tem-
pore existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-
dinalium Concilii Tridentini interpretum re-
accurate discussa decretum ac resolutum fuerit;
nihilominus facile evenire possit similes quæ-
stiones imposterum quoque, non sine prædictæ
Societatis perturbatione ac dispendio moveri,
seu instaurari, nisi eis aditus precludatur.

Causæ hujus
Constitutio
nis.

§.2. Hinc est quod Nos eandem Societa-
tem Jesu, quam ob singularia suæ in hanc San-
ctam Sedem merita, peculiari Apostolicæ di-
lectionis prosequimur affectu a quacumque lite-
& molestia, quæ, exinde deinceps oriri possent
eximere, ac omnem desuper controversiæ occa-
sionem submovere cupientes, ipsamque Socie-
tatem specialis favore gratiæ prosequi volen-
tes, motu proprio, ac ex certa scientia, & ma-
tura deliberatione nostris, deque Apostolicæ
potest-

Declaratio
prædicta cir-
ca ejusmodi
Societate Jesu
ante tamen
solemnem
professionem